



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 44. Alia Officia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

ungebat in fronte. His ad Sanctuarium Sæculum V.  
redibant, & prima in Cœlo stella micante A. C. 496.  
Missa inchoabatur. Post octavam Paschæ Cang. Gloss.  
ponitur Missa Paschæ annotinæ. Ita An- Pasch. ann.  
niversarius baptismi appellabatur. Incer-  
tum an hunc Anniversarium quisque die Ritus anti-  
illo, quo baptizatus fuerat, celebraverit, qui.  
n. 63.  
an una Solemnitate Sabbato octavæ Pa-  
schæ anniversarios omnes complexi sue-  
rint. In Missa Ascensionis legitur Benedictio  
primarum frugum. Sabbato Pentecostes,  
occasione Baptismi solemnis, ponitur mo-  
dus baptizandi ægrotum, Energumenum, n. 66. 67.  
Gentiles, nam pauci supererant, & ple- n. 71.  
rique eorum, qui baptizabantur Parenti-  
bus Christianis geniti erant. Ægroto,  
postquam baptizatus fuisset, dabatur  
Communio, eumque Episcopus deinde n. 75.  
confirmabat.

#### §. XLIV.

#### Alia Officia.

Post officium in Pentecoste legitur in n. 82.  
Sacramentario denunciatio Jejunii  
quatuor Temporum pro quarto, septi-  
mo, & decimo Mense, ferme ut vidimus  
in Sermonibus S. Leonis, scilicet jeju-  
nium dierum Mercurii, Veneris, & Sab-  
bati, in Vigiliis in Ecclesia S. Petri. Dein- n. 85.  
de leguntur Preces in Reconciliatione  
Arianorum, aliorumve Hæreticorum di-  
cendæ. Sequitur dedicatio alicujus Ec- n. 88.  
clesiæ,

Sæculum V. clesiæ, sed non tam prolixæ, ac nostris  
A.C. 496. jam temporibus, erant preces. Subjungitur consecratio Altaris, Sacrorum Varorum, & Linteaminum. Dedicatio Baptisterii separatim ponitur. Postea occurrunt ordinationes, quas jam ante memoravimus, tum Consecrationes Virginum, in Epiphania, die Lunæ Paschatis, aut in Festis Apostolorum fieri solitæ.

In Libro secundo Sacramentarii Gelasii Papæ ponuntur Missæ de Sanctis, & primo Formula denunciandi diem, & Locum, quo celebrandæ erant, aut Reliquiæ eorum transferendæ, cuius Rei exemplum S. Ambrosius dedit. Hic non nisi Festa Martyrum occurrunt, & separatim Festum SS. Petri, & Pauli, ex quo con-

*Ambr. ep. 22.* stat hoc Sacramentarium esse antiquiss.

*n. 15. n. 30.* mum. In libro tertio statim occurrunt *41. v. Thom.* Missæ Sedecim, diebus Dominicis legendæ, quin aliqua Dominica nominetur, unde videtur conjiciendum, omnibus simplicibus Dominicis per anni cursum indiscriminatim fuisse lectas. Sequitur Canon Missæ, talis, quam hodieque recitamus, tum aliquæ super populum Benedictiones post Communionem. Sex Missæ in Feriis legendæ. Aliquæ Missæ votivæ pro iter facientibus, pro afflictis, in remedium Sterilitatis, & ad avertenda alia cjuusmodi mala. Aliquæ aliæ magis

*n. 17.* notatu  
*n. 23.*

notatu dignæ inveniuntur; pro illis, qui Sæculum V.  
*Agapen*, seu Convivium Charitatis dede- A.C. 469.  
runt. Missa in Monasterio dicenda, for-  
te quando illud Episcopus visitabat. Mis-  
sa, quam habemus in Nuptiis, quoque vi-  
sistur, & alia pro aliquo natalizante. Mis-  
sa pro ægrotis, & in fine preces pro De-  
functis tam ante, quam post Sepulturam.  
Item aliquæ Missæ pro Defunctis, & in-  
ter cœteras pro mortuo, qui novissime Missæ pro  
Baptismum accepit, & pro illis, qui Pœ. Defunctis.  
nitentiam desideraverant, & recipere non  
potuerant. In hoc libro Benedictio, & n. 75.  
Aspersio Aquæ Benedictæ, visuntur, plu-  
resque aliæ Benedictiones. Hæc mihi  
in Sacramentario, quod S. Gelasii Papæ  
opus esse creditur, memoratu digna visa  
sunt.

Ejusdem Papæ tempore, & Auctori- Sup. XXIX  
tate, S. Severini in Norico Apostoli Cor- §. 35.  
pus in Arcem Lucullanum prope Neapo- Vit.ap.Boll.  
lim translatum, ibique Monasterium ædi- 8. Jan. c. II.  
ficatum. Vir Sanctus jam anno 482. ad 12.  
Cœlos evolaverat. Post sex annorum  
lapsum, cum Romani omnes illam Regio-  
nem incolentes in Italiam, sicut Vir San-  
ctus futurum prædixerat, redire compel-  
lerentur, Reliquias ejus secum detule-  
runt. Utramque Translationem cele- Epist. ad  
brem reddidere Prodigia, quorum Histo- Pasch.  
riam sicut etiam Sancti Vitam anno 511. Ap. Boll. to.  
Eugipius Presbyter Discipulus ejus, re- I. p. 484.  
rum

Sæculum V.rum quas narrat, testis oculatus scripsit.  
A. C. 496. Ecclesia S. Severini Memoriam octava  
Mart. Rom. Jan. colit.

8. Jan.

§. XLV.

*Clodoveus convertitur.*

**S**ancti Gelasii Papæ Successor fuit An-  
Lib. Pont. stasius hujus Nominis Secundus Ro-  
ep. 2 to. 4. mæ natus, qui Sacram Sedem tenuit fer-  
Conc. pag. me annos duos. Haud diu postquam or-  
1282. dinatus fuisset, scripsit ad Clodoveum  
Ruin. ann. Regem Francorum, qui ad Religionem  
Franc. ad Regem Francorum, qui ad Religionem  
Greg. Tu- Christianam conversus fuerat, quantam  
ron. inde Lætitiam cepisset, profitetur, &, ut  
 perseveraret, hortatur. Franci, Germa-  
 norum Natio, jam ab annis ducentis, &  
 quadraginta notissima, inferiores Rheni  
 oras incolebant. Superato fluvio Gal-  
 lias ingressi, ibi Sedem elegerunt Du-  
 xore Pharamundo, anno circiter 420. quem  
 primum hujus Gentis Regem fuisse cre-  
Prosp. Chr. dunt. Huic anno 428. successit Clodio,  
Pit. an. 26. & isti anno 448. Meroveus, qui ad de-  
Honor. pellendum Attilam operam junxit, & us-  
 que ad Sequanam pervasit. Filius ejus  
 Childericus anno 458. Parenti successit,  
 & felicibus armis usque ad ripas Ligeris  
 progressus est. Childerico successit an-  
Greg. Tur. no 481. Clodoveus filius, qui Majorum  
II. hist. c. 26. exemplo prolatis Regni finibus, & devi-  
 ato Siagrio, qui Imperii Romani reliquias  
 tuebatur, in illis Galliarum Partibus Ro-  
 mano-